



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Speculum Approbandorum Bipartitum**

**Unczovsky, Marianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1693**

Quæstio XXX. De Absolutioe Sacramen: à reservatis extrà periculum vel  
Articulum mortis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37308**

tionem, & Indulgentiam plenariam  
omnium peccatorum, & cunctorum  
de quibus etiam non recordaris, aut  
oblitus fuisti in quantum claves Eccle-  
siae se extendunt, & restituo te illi in-  
nocentiae, in qua eras, quando bap-  
tizatus fuisti: In Nomine Patris, & Filij,  
& Spiritus Sancti. AMEN. Quòd si hãc  
vice non decesseris reservo tibi hanc  
gratiam usq; ad extremum Mortis tuæ:  
Articulum.

QUÆSTIO XXX.

De Absolutione Sacramentali à Reser-  
vatis extra periculum vel Arti-  
culum Mortis.

Vicar. **P**enès quos arbitraris esse po-  
testatem absolvendi à reser-  
vatis?

Sa. Penès ipsum Reservantem, *item*  
penes Reservantis Superiorem aut Suc-  
cessorem, *item* penès habentem pote-  
statem delegatam à Reservante, vel e-  
iusdem Superiore aut Successore.

V. Qui-

is se

um

ndar

U. Quibus autem verbis petenda facultas à Superiore absolvendi à casibus reservatis?

S. Talibus v. g. *Est aliquis qui indiget tua Authoritate, vel peto facultatem absolvendi aliquem à reservatis, quæ facultas absq; gravissimis causis negari non debet, quòd si quispiam Superiorum pertinaciter recusaret dare facultatem nisi, aut nominetur Persona, aut seipsum immediatè sistat, poterit Confessarius pro illa vice absq; Superioris facultate Pœnitentem absolere juxta Decret. Sac. Congreg. jussu Urbani VIII. editum, imò nonnulli Theologi docent toties id licere Confessario, quoties Superior pertinaciter negat facultatē.*

U. Affirmabis utique conformiter ad alibi dicta, quòd Episcopi habeant delegatam à Pontifice potestatem absolvendi per se vel suum Vicarium aut Pœnitentiarium ad id specialiter deputatum ab omnibus peccatis reservatis Papæ si illa peccata sint occulta, seu non-

nondum ad forum contentiosum deducta.

S. Affirmo, & observo quòd ab Hæresi occulta Episcopi non nisi per se immediatè possint absolvere juxta S. Conc. Trid. Sess. 24. de reform. c. 6. nisi adsit speciale indultum, quale est in hac Archi-Diœcesi.

U. Nonne Prælati Regulares possunt in Foro Conscientiæ absolvere quoscunq; sæculares ab Hæresi occulta, & ab Excommunicatione propter eam incurisã?

S. Hac Propositio seu opinio damnata est à Sac. Congreg. sub Alexand. VII.

U. Attende! in Privilegijs cujusdam Religionis legi sequentia: Possunt nostri Confessarij absolvere quoscunq; ab Hæresi in foro Conscientiæ ex Jul. III. vivæ vocis Oraculo; deinde id ipsum per Breve in litteris Apostolicis confirmavit & denuò concessit Gregor. XIII. 18 Martij 1584. Ulteriùs habetur quòd possit Generalis illius Religio-

gionis per se vel per alios absolventes  
 quoscunq; in foro Conscientiæ à dila-  
 ta Hæresi igitur videntur Regulariter  
 habere hanc facultatem absolvendi.  
 S. Etiam ego legi in Decreto *Clementis*  
*VIII.* edito An. 1602. quòd Regulariter  
 nequeant absolvere à casibus contem-  
 ptis in Bulla Cænæ Domini, à violatio-  
 ne immunitatis, à violatione Clau-  
 ræ Monialium ad malum finem, à  
 Censura ob duellum incurfa, à per-  
 cussione Clericorum, à peccato Simo-  
 niæ realis & confidentialis &c.  
 V. Etiam si in Decreto nominati Pon-  
 tificis sint expressa ea quæ protulisti,  
 nihilominus scito quòd Privilegium à  
*Gregorio XIII.* Sacræ Societati conce-  
 sum, & per communicationem etiam  
 ad alias Religiones extensum sit am-  
 plissimum, ita ut nulla derogatio illi  
 præjudicare valeat, nisi sit intimata,  
 & nisi in illa derogatione expressa &  
 individua fiat mentio illius Privilegij,  
 quòd videlicet cassetur & annulletur;

non

non fit autem mentio in Decreto Clementis nec in Decretis aliorum Pontificum, nec in Bulla Coenae Domini, adeoq; oppositum à te Decretum facultatem absolvendi ab Haresi non tollit.

S. Concipere non possum quòd Gregor. aut alius Pontifex ligare potuerit manus sequentium Pontificum, ut servent talem vel talem formam in revocatione Privilegiorum; aut quòd unus Pontifex statuere possit aliquid quod Successoribus præjudicet illorum Auctoritatem restringendo, cum par in parem non habeat imperium. Et Principis gratia semper intelligi debeat sine Successoris præjudicio. Quare occasione dictorum adverto, quòd Privilegium absolvendi à Casibus Bullae Coenae à nullo Pontifice in perpetuum concedatur, nec concedi possit: nam (prout defactò potest) revocantur quotannis Privilegia tribuentia facultatem absolvendi à casibus ejusdem

U

Bul-

Bullæ, unde datò, quòd hæc vel illa Religio Sac. habuerit privilegium concedens facultatem absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ & specialiter ab Hæresi, ad summum potuit illud Privilegium durare, quamdiu duravit Pontifex, qui illud concessit: rectè itaq; dicitur justè damnata fuit opinio suprà posita siquidem Hæresis velut crimen maximum non intelligitur in quacunque Generali concessione sed indiget concessione speciali, five specialis obtinenda est facultas ad absolvendum ab hoc crimine.

*U.* Ausculta! Privilegia Regularium post Decretum *Clemen. VIII.* fuerunt pro diversis Religionibus à *Paulo V.* & *Greg. XV.* confirmata ex certa Scientia, & de plenitudine potestatis, huiusmodi autem Confirmatio habet vim innovandi & vivificandi Privilegia, ergo Regulares vigore suorum Privilegiorum possunt absolvere à crimine Hæresis.

S. Scio

S. Scio quòd Confirmatio ex certa Scientia non restauret ac proinde non confirmet Privilegia expressè cassata & annullata, nisi de illis fiat specialis mentio, in casu autem nostro Privilegium absolvendi à crimine Hæresis jam est cassatum: nam hoc Privilegium olim habuerunt omnes Religiosi Mendicantes vivæ vocis Oraculò concessum, *Urbanus* VIII. revocavit omnia Privilegia vivæ vocis Oraculò concessa, & ut suprà dixi Propositio adducta, sub *Alexand. VII.* est damnata igitur &c.

U. Quid ergo facit clausula illa *ex certa scientia*?

S. Facit quòd actus, qui confirmatur ex invalido fiat validus: quod enim fit ex certa Principis Scientia, non potest in dubium revocari, non tamen facit, ut id, quod jam priùs cassatum & annullatum est, fiat validum, nisi constet quòd confirmetur ex certa Scientia cassationis & annulationis.

U 2

U. Re-



V. Recordor bene me in quodam Discurso audivisse defacto in hisce partibus posse absolvere omnes Religiosos Mendicantes ab Hæresi.

S. Sic dicitur, propterea, quia hæc potestas in hisce partibus non est ex solo Privilegio, sed ex consuetudine per tacitum Ecclesiæ consensum approbata, *Urbanus* autem VIII. cum revocaverit solum Privilegia vivæ vocis Oraculo concessa, non abrogavit consuetudines tacito Ecclesiæ consensu approbatas *igitur &c.* Observanda nihilominus sunt hîc acuratè tam Sac. Congregationis, quàm Ordinariorum loci Decreta, ut tutè procedant Regulares, & quoad sæculares, & etiam quoad suos subditos: nam aliqui DD. asserunt, facultates diversis Religionibus aut Religionum Superioribus concessas, ad absolvendum suos subditos à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis & Interdicti alijsq; Ecclesiasticis Sententijs, Censuris & pœnis à ju-

revel ab homine quomodolibet latis  
& promulgatis, non ampliùs durare  
& adnotantes Sac. Congreg. Decretum  
in contrarium extare, pro quo *Vi: Di-*  
*an. par. 1. de absolut. ab Haresi resol. 6.*  
& alios. Quamvis Layn. & alij dicant  
contenta in Decre. Sac. Cong. jussu  
Urbani VIII. Romæ edito die 17. Nov.  
1628. non esse posita ad finem absol-  
vendi Regulares subditos, verùm ad fi-  
nem absolvendi sæculares ac proinde  
Prælatos Regulares posse suos subdi-  
tos absolvere, non tantùm ab Haresi  
(occulta tamen & in foro conscien-  
tiæ) utpote qui erga suos possunt to-  
tum illud quod possunt Episcopi erga  
suos subditos, verùm etiã à Casibus  
Bullæ Cænæ, propterea quod rationes  
quas moverunt Antecessores ad cõce-  
dendam hanc Auctoritatem Prælati  
Regular. movere debeant etiã Suc-  
cessores, qui non minùs sunt pij Pa-  
tres ac Superiores Religionum, & id-  
eò *Baunius 2. p. Theol. Moral. de Censur.*

U. 3

Disp.

*Disp. 3. Tract. 2. q. 26.* dicit quòd opinio Dianæ Auctoritati Prælatorū multum præjudicet, & eorum subditos privet necessario ad salutem remediō. Quid autem possint Regulares in puncto absolutionis à reservatis circa seculares suis Monasterijs servientes, aut eorum Commensales? *Vi: Tambur. de jure Abb. To. 2. Disp. 13. q. 13. n. 4. Alphon. de Leone de Censur. recoll. 5. n. 611. & 612.*

*U.* Scies utique quòd in facultatibus concessis Prælati Regularium absolventi suos subditos à Censuris poenitentiæ & excessibus soleat interponi hæc limitatio, *nisi tales sint, propter quos merito essent ad Sedem Apostolicam destinandi*, expone quæso quinam sint illi excessus, propter quos merito ad Sedem Apostolicam destinari debeant? *S. Declaravit Sixtus IV. quinam destinari debeant, videlicet: Hæretici relapsi, Schismatici, & qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad Infideles prohibita detulissent.*

*U. Non-*

U. Nonnè in suprà adducto Decreto  
*Clement. VIII.* etiam prohibentur nè  
Regulares absolvere præsumant à Ca-  
sibus quos sibi Episcopi reservant?  
S. Ità est: licèt namq; Religiosi Men-  
dicantes habeant respectu sæcularium  
potestatem delegatam à Pontifice, ab-  
solvendi à casibus Papalibus exceptis  
casibus Bullæ Cœnæ, nihilominus hanc  
facultatem extendere non possunt ad  
casus Episcopales propter prohibiti-  
onem non solùm *Clement. VIII.* *Pauli V.*  
& *Urbani VIII.* sed etiam *Alexand. VII.*  
damnantis hanc Propositionem: *Men-  
dicantes possunt absolvere à Casibus Epi-  
scopis reservatis, non obtentâ ad id Epi-  
scoporum facultate;* ac proinde frustra  
quidam recurrunt ad *Clement. Dudum  
desepultu* dicentes: ibi restringi dun-  
taxat Parochorum facultatem in ordi-  
ne ad absolvendum à casibus Episcopis  
reservatis, non Regularium, & cum  
hæc facultas sit in Corpore Juris, idcir-  
cò habere rationem Legis communis,

quæ non revocatur nisi de ea fiat specialis mentio, frustraneus inquam est iste recursus, nam datò quòd hæc facultas Regularium aliquomodo colligeretur ex *Clement.* & aliquo modo haberet vim Legis communis, attamen pro revocata haberi debet, per adeò replicatam revocationem, cum etiam Leges communes revocentur per revocationem Generalem, ut si dicatur non obstante facultate *quovis modo concessâ*, aut *quomodolibet &c.* quia istæ dictiones adjunctæ verbis prohibitivis ostendunt plenam & exuberantem voluntatem prohibentis & annullantis quodlibet in contrarium; (Scio etiam hîc aliquos distinguere videlicet quòd Pontifices prohibentes absolute à casibus Episcopis reservatis loquantur de reservatis Episcop. solum ab homine, non autem à jure.)  
U. Absq; dubio voluntas Pontificum adeò replicata non potest non facere evidentiam dictæ limitationis in ordine

ne ad casus Episcopis reservatos, jam autem quæro, an Confessarius absolvens Pœnitentem à casu Papæ reservato, qui simul etiam sit reservatus Episcopo, indigeat speciali Episcopi licentiâ ad auferendam utramq; reservationem?

S. Non indiget: ablato enim majori ligamine non remanet ligamen minus: & hæc utriusq; reservationis ablatio optimè colligitur, quando datur facultas absolvendi sub his verbis: *ab omnibus peccatis etiam sedi Apostolica reservatis*, tunc enim *ly etiam* tanquam particula ampliativa extendit se ad auferendam reservationem ex una & altera parte, *Vi: Navar. c. 27. Tolet. l. 3. c. 14. Sâ v. casus reserv. n. 3. & alios.*

U. Occurrit dubium: an videlicet Decretum *Clementis VIII.* nè Regulares absolvant à casibus locorum Ordinarijs reservatis, intelligatur etiam quoad casus dubios?

S. Etiam quoad hos: nam in Decreto  
U s in-

incipiente *Sacra Congregatio* inter alia  
ponitur *ly à casibus clarè vel dubiè sum-*  
*mo Pontifici vel locorum Ordinarijs re-*  
*servatis &c.*

*U.* Putasne quòd Confessarius sequenti  
opinionem probabilem Doctorum sen-  
tientium ipsum habere jurisdictionem  
seu facultatem absolvendi à reservatis,  
aut Privilegium absolvendi non esse  
revocatum, validè absolvat, etiam si  
relinquat probabiliorè?

*S.* Existimo absolvere validè, etiam si  
opinio illa probabilis à parte rei fortè  
non subsistat, nam in tali casu Ecclesia  
supplet aut dat Jurisdictionem, non  
secus ac supplet (*conformiter ad alibi*  
*dicta*) quando aliquis titulò coloratò  
& errore communi habetur pro legiti-  
mo Parocho, quamvis re ipsà non sit, *Viz*  
*Sanch. lib. 3. de Matrim. Disp. 26. n. 6.*  
*Bonac. de Penit. Disp. 5. q. 7. pun. 5. §. 4.*

*U.* Suppono, quòd si quispiam peteret  
ab Episcopo Authoritatem absolvendi  
à reservatis, non specificando Perso-  
nas

nas aliquas, sed indifferenter pro Personis indigentibus, etiam ipse uti posset tali Authoritate passivè, si indigeret. S. Sic Sentio : quia Ordinarius dans Authoritatem absolvendi à reservatis sibi absq; ulla restrictione, intelligitur eam dare activè & passivè secùs si pro aliquibus tantùm Personis determinatis suam tribueret Authoritatem; & hanc opinionem judico tutè praticari posse, tum quia benignè debet in tali casu interpretari voluntas concedentis, tum etiam quia eam graves sequuntur Doctores, (*Vi: Dian. p. 4. Tract. 4. resol. 108.*) quod advertere expedit Prælatos maximè Regulares, concedentes interdum Authoritatem absolvendi à casibus sibi reservatis sine ulla restrictione.

U. Si autem quispiam post obtentam facultatem ut absolvatur ab aliquo reservato, denuò in eundem casum incidere, antequam uteretur tali facultate, possetnè ab utroque absolvi ex præhabita licentia? S. Pos-



S. Posset, si licentia data fuit absolute secus si conditionatè cum antepositione securitatis de non relabendo: nam tunc, quia conditio non esset adimpleta; antequam dictâ facultate utatur Pœnitens, cessaret voluntas concedentis talem licentiam: præsumendum namq; esset quòd eam dare nolit ità proclivi ad peccandum seu committendum peccatum reservatum; & licet absolutio Sacramentalis rejiciat conditionem de futuro, nihilominus ipsa facultas sic conditionaliter dari potest, antequam Pœnitens Sacramentaliter absolvatur.

U. Demus casum quòd aliquis Confessarius absolverit Pœnitentem à reservatis, cum tamen ab illis ipsum absolute non potuerit, quæro an teneatur de invaliditate commonefacere Pœnitentem?

S. In hoc casu oportet Confessarium prudenter ac circumspectè procedere.

U. Declara qualiter?

S. In

S. Inhærendo doctrinæ Theologorum  
sic: Quando Confessarius præhabitâ  
licentiâ à Pœnitente de loquendo se-  
cum in materia factæ Cōfessionis pru-  
denter ac probabiliter timet ipsi scan-  
dalum fore, si aperuerit quòd absolu-  
tionem à reservatis eidem in validè  
dederit, ob carentiam Authoritatis seu  
facultatis absolvendi, tunc relinque-  
re illum debet in sua bona fide, &  
CHRISTO Summo Sacerdoti eum com-  
mendare, ut ipsi actum Contritionis  
de peccatis tribuere dignetur; At ve-  
rò si Confessarius probabiliter judicet,  
quòd Pœnitens non scandalizabitur,  
imò promptè cōfitebitur peccata com-  
missa, obligatur eum adire ac rogare,  
ut denuò sibi confiteatur peccata post  
priorem Confessionem commissa, quo  
libenter consentiente ac confitente  
interrogabit Confessarius illum, an de  
omnibus etiam præcedentibus pecca-  
tis doleat, quæ in priori Confessione  
sibi confessus fuerat? si affirmaverit se  
omni-

omninò dolere, tunc ipsū Sacramē-  
taliter ab omnibus absolvat.

*V.* Sed si Pœnitens confiteri nollet Sa-  
cerdoti postulanti, & scandalum non  
timeretur, quid tunc agendum?

*S.* Obligabitur Confessarius (habiti  
priùs licentiâ loquendi secum de uno  
alterove peccato commisso) ipsi ma-  
nifestare, quòd putaverit se reverà ha-  
buisse Authoritatem absolvendi, ab  
omnibus peccatis confessis, postea ve-  
rò recordatus fuerit, se illâ caruisse,  
adeoq; quòd vel sibi, vel alteri confi-  
teri debeat peccata.

*V.* Concipiamus Episcopum facultate  
alicui concedere, ut pro absolu-  
tione à reservatis eligat quem voluerit  
Confessarium ex sibi subjectis, etiamsi  
approbatus non fuerit: dices utiq; ab-  
solutionem postea ab hujusmodi Con-  
fessario impensam fore validam.

*S.* Dico: quia per hunc modum loquē-  
di Episcopus suam jurisdictionem ac  
potestatem absolvendi reverà delegat  
Sa-

Sacerdoti, quem postea Pœnitens eligit, quod sufficit ut absolutio valida sit: attamen talis concessio esset periculosa, & facilè posset resultare peccatum, siquidem hujusmodi facultas posset cadere in Sacerdotem non qualificatum pro ministrando Sacrament. Pœnitentiæ, exquò fortassè Pœnitens talem eligeret.

U. Nonne (loquendo de reservatione Casuum) Peregrinus judicandus est secundum leges illius loci in quo constitetur, non ex quo venit?

S. Ità sentio: hinc ille, qui cum casu reservato in propria Diœcesi, venit ad aliam, in qua reservatus non est, à quocunq; Confessario in illa Diœcesi Confessiones fidelium excipiente, (cui peccatum alioquin in propria Diœcesi reservatum confiteretur,) absolvi potest.

U. Sicnè etiam resolves pro eo qui in una Diœcesi Excommunicationem reservatam contraxit (quæ tamen sit se-  
cre-

creta) si negotiorum causâ, vel de-  
 tionis, aut consultò, ut faciliùs absol-  
 vatur ad alium locum proficiscatur?  
 S. Minimè : Excommunicatio namque  
 est pœna afficiens Pœnitentem, quæ  
 ab alio tolli non potest, nisi ab eo qui  
 eam infixit, nè videlicet Jurisdictiones  
 perturbentur : præterquam quod  
 ex Decreto Sac. Congreg. jussu Pauli V.  
 edito, id absolute & simpliciter fieri  
 prohibeatur, id est tam intrâ quàm ex-  
 trà Diœcesim Reservantis, de casibus  
 verò reservatis loquendum est respec-  
 tive, scilicet intrâ Ordinariorum re-  
 servantium Diœcesim: bene autem hæc  
 observo præfatam prohibitionem in-  
 telligi debere de Excommunicatione  
 reservata, non verò de ea, quæ genera-  
 liter tantum est lata.  
 U. Possent nè tamen in hoc casu talis  
 censuratus, in aliena Diœcesi ab Epi-  
 scopo illius loci saltèm virtute *Trident.*  
 absolvi?  
 S. Videtur mihi quòd absolvi possit si

Excommunicatio non fit publica, nec ad forum contentiosum deducta aut denunciata: nam Trident. per illa verba in quibuscunq; casibus occultis etiam Sedi Apostolica reservatis, Casus & Excommunicationes etiam Episcopis reservatas comprehendit, id enim significantur in quibuscunq; Casibus, & ly etiam Sedi Apostolica &c.

U. Adverte, quod Trident. hanc facultatem Episcopis in ordine ad suos subditos tantum, non verò quoad externos tribuere videatur.

S. Tribuit quoad vagos, cur non etiam quoad Peregrinos?

U. Est disparitas inter Peregrinum & vagum, nam vagus, cum nullibi fixum domicilium habeat, ubi invenitur statim perfectam Subjectionem acquirit, etiam si ibi animum habitandi majori anni parte non habeat, aliter autem discurrendum est de Peregrino.

S. (Quidquid dicant aliqui) teneo cum affirmantibus, & dico Peregrinum quoad

ad

ad Sacramentum Penitentia fieri sub  
 tum Episcopo loci, ubi pro tempore  
 invenitur, videmus enim quòd ab alio  
 absolvi non possit quàm vel ab ipso Or  
 dinario, vel ab approbato ab ipso, et  
 nunquid confitendo se subdit illius ju  
 risdictioni? (quare nomine Subdit  
 intelligitur non solum habens domi  
 cilium in Diœcesi Episcopi, sed etiam  
 Peregrinus.) An autem ab eodem Epi  
 scopo dispensari valeat in Irregulari  
 tatibus, Suspensionibus ab Officio ali  
 jsque pœnis? *item* an absolventi facul  
 tatem Episcopus ex eodem Concilio  
 alijs etiam Confessarijs delegare possit,  
 addendo ad hanc delegationem ly ( *à*  
*quibus Episcopus potest absolvere virtute*  
*Tridentini* ) Videri possunt DD. fusiè  
 desuper tractantes, specialiter Barbo  
 sup. Trid. & de potesta. Episcop. 2. p. alle  
 gat. 39. n. 4. Suar. Tom. 4. de Penit. Disp.  
 30. Sect. 2. n. 3. Sayr. de Censur. lib. 2.  
 c. 19. Fil. Tom. 1. Tract. 7. c. 10. n. 186.  
 Sanch. & alij. Observo hîc etiam, quòd  
 Pœ-

Pœnitens discedendo ex propria Diœ-  
cesi in aliam, utatur jure suo, siqui-  
dem ipsum non adstringit lex aut Su-  
perioris præceptum ad non disceden-  
dum, ac proinde nullam fraudem com-  
mittit, sive fraus illi non patrocina-  
tur; præterquam quòd Sacramentum  
Pœnitentiæ sit Sacramentum necessi-  
tatis, adeoq; potest ubiq; & quando-  
cunq; à Pœnitente suscipi, & conse-  
quenter juxtà consuetudinem loci in  
quo est, potest absolvi.

U. Fecisti suprà mentionem Casûs oc-  
culti à quo Episcopi habent facultate-  
tem absolvendi ex *Sac. Conc. Trid.* jam  
quæro, utrum quando casus reservatus  
est notorius quoad actionem, occultus  
tamen quoad Personam, possit Pœni-  
tens ab Episcopo absolvi virtute dicti  
Concilij?

S. Potest: quia casus esset solùm mate-  
rialiter notorius non verò formaliter.  
U. Quando intelligis casum esse solùm  
materialiter notorium?

S. Tunc,



S. Tunc, quando cognoscitur quidem à circumstantibus actio peccaminosa vel Censuræ subjecta, sed ignorata delinquens, sic enim habetur casus pro occulto *formaliter* apud Sac. Causas: Unde Sacerdos Excommunicatus celebrans coram nescientibus eum esse excommunicatum, dicitur Irregularitatem occultam incurrere, non autem publicam, quia licet ejus actio sit notoriè peccaminosa, tamen delinquens est occultus.

U. Dixisti suprâ (loquendo de potestate absolvendi Episcoporum quam habent delegatam à Pontifice) illam se extendere ad peccata duntaxat occulta nondum ad forum contentiosum deducta; peto; quomodo & quando casus occultus dicatur deductus ad forum contentiosum, ita ut juxta mentem Concilij nequeat Episcopus absolvere?

S. Probabilius & benigni<sup>9</sup> judico tunc dici casum occultum jam deductum ad

ad forum contentiosum, non valente  
amplius virtute *Concil.* Episcopo intro-  
mittere ad absolvendum aut dispen-  
sandum, quando jam lis est contesta-  
ta inter Reum & Actorem apud legiti-  
mum Judicem super delicto negando,  
vel confitendo, & hoc inde patet, quia  
forum contentiosum non differt à Ju-  
dicio, judicium autem non est dicen-  
dum; nisi lis sit jam contestata, ut no-  
tant DD. id ipsum etiam confirmat ipsa  
Etymologia fori contentiosi, quod à  
*contendere* derivatur, non dicitur au-  
tem contentio, nisi mota sit lis inter  
Actorem & Reum contendentes, illo  
probante, hòc excipiente: Quare non  
placet locutio eorum, qui dicunt, tunc  
casum occultum reservatum censerit  
debere deductum ad forum contentio-  
sum, quando Reus fuit juridicè cita-  
tus à legitimo Judice super tali casu  
seu delicto: & ulterius adverto (con-  
form. ad dicta) statim ac crimen legi-  
timè est deductum ad forum conten-  
tio-

tiosum, cessare Privilegium, ita  
Reus ab Episcopo absolvi nequeat  
cundum mentem Concilij.

V. Supponamus, quòd casus Papæ  
servatus sit occultus in uno loco, pub-  
licus. autem in alio, poteritne Reus  
absolvi ab Episcopo loci in quo est oc-  
cultus virtute *cit. Concilij*?

S. Dicunt quidam Theologi quòd  
locus in quo casus est occultus, & in  
quo, quis petit absolvi ab Episcopo sit  
talis, ut in eo vel planè nunquam, vel  
nonnisi difficillimè publicari queat,  
propterea, quia magna distantia est  
loci in quo casus est occultus, ab eo  
in quo est notorius, dicunt inquam  
quòd in tali loco tanquam verè occultus  
subjici possit Authoritati Episcopali,  
& Pœnitens ab eodem absolvi.

V. Ergo etiam Excoñunicatus vitan-  
dus in uno loco, si non sit publicatus  
in alio loco non debet in illo vitari,  
sed haberi pro occulto.

S. Omninò, etiam ab ijs, qui sciunt  
eum

cum esse publicè excoꝻnicatū in alio loco, ExcoꝻnicatur enim publicatus in uno loco & præses alteri loco in quo non est denunciatus habet jus suæ famæ servandæ in illo loco, adeoq; non debet vitari; Accedit quòd Ecclesia in tali loco eum non iudicet excoꝻnicatum & cū unusquisq; se conformare debeat Ecclesiæ præsentī, existēs in illo loco se pro excoꝻnicato nequaquam habere debet. *Bossius de Jubil. casu 10. Dianap. 7. Tract. 3. resolv. 16.*  
U. Observasti absq; dubio, quòd, quādo datur facultas absolvendi à casibus, reservatis & Censuris soleat interponi hæc Clausula (*satisfactā parte*)  
S. Observavi sæpius, & semper concepi Papam intendere, ut fiat satisfactio eo modo quo fieri potest saltē per Juratoriam cautionem de satisfaciēdo, ubi primū occasio Debitori fuerit obvia, cū *impossibilem nulla sit obligatio.*  
U. Putasne autem Clausulam illam à Pontifice in Bulla poni solitam intelligi

ligi debere de restituendis rebus temporalibus tantum?

S. Semper firmiter tenui esse intelligendum & de rebus temporalibus restituendis, & etiam de satisfactione exhibenda parti læsæ in honore & fama: injuria namq; tollenda est, & satisfactio præstanda, eo modo quo præstari potest, aliter absolutio erit nulla quod à Confessarijs existimo diligenter observandum esse.

V. Expressisti supra penes quos sit potestas absolvendi à reservatis, quare an hæc facultas descendat etiam in absentia Prælatorum ac Superiorum in eorum Vicarios?

S. Etiam ipsi possunt dare facultatem absolvendi à reservatis, quando Prælatus abest ex Civitate profectus itinere unius diei, secus autem si ad locum Civitatis vicinum recreationis aut visitationis causâ se conferet, ibidem per unum vel duos dies commoraturus. *Alloza ex Diana in sum. ver. casus reserv.*

V. Quo-

V. Quomodo se gerere aut quid face-  
re debeat habens casum reservatum,  
quando difficilis est ad Superiorem ac-  
cessus, & celebratio Missæ aut sumptio  
Eucharistiæ absq; scandalo aut infamia  
omitti non potest? *scis*; adhuc unum  
tibi proponendum occurrit quoad præ-  
sentem materiam: demus casum, quod  
aliquis Jubilæi tempore assignatis dua-  
bus hebdomadibus ( ut fieri solet ad il-  
lius consecutionem ) illud lucrari nol-  
le se determinet, postea autem die  
Sabbati ante Dominicã in qua Jubilæ-  
um terminatur eum suæ negligentia  
ac indevotionis pœniteat, velitque  
contritus Jubilæum lucrari, peto, an  
talis adhuc illo tempore validè Jubilæ-  
um consequi valeat, & à reservatis  
quibus gravatur absolvi possit?

S. Existimo talem Pœnitentem adhuc  
Jubilæum lucrari posse: poterit enim  
tunc prudens ac discretus Confessari-  
us illi utpote impotenti & contrito  
conditiones Jubilæi in alia pia opera

X

an-

antequam Jubilæi consequendi tempus transeat commutare, *Occasione hujus casûs* si placeret promovere disceptum de Jubilæo dabo promptè responsum ad singula.

*U. Fiat* : Dic ergo quid sit Jubilæum sic?

*S.* Jubilæum abstrahens à Jubilæo Anni Sancti & Ordinario : est indulgentia plenaria pro certo tempore à Papa concessa CHRISTI Fidelibus facientibus opera præscripta in Bulla cum facultatibus in ordine ad absolvendum reservatis, & faciendam commutationem in votis.

*U.* Cur interponis *ly abstrahens à Jubilæo Anni Sancti & Ordinario*?

*S.* Ideò, quia Jubilæum dupliciter sumi potest: I<sup>o</sup>. pro soleñissimo illo quod specialibus Cæremonijs *Bonifacius VIII.* ante 300. & aliquos annos statuit quovis centesimo Annò celebrari; & postea *Clemens VI.* ad Annum quinquagesimum, alij Papæ ad Annum trigessimum.

ter-

tertiū & tandem Paulus II. ac poste-  
riores Pontifices ad Annum 25. redu-  
xerunt & vocatur Jubilæum Anni San-  
cti. *Secundo* pro alia Indulgentia ple-  
nissima, quæ cum alijs gratijs ac fa-  
cultatibus à Sede Apostolica benignè  
concedi solet Univerſis CHRISTI Fide-  
libus.

U. Nunquid in Jubilæo cōmuni con-  
ceditur Pœnitenti quod possit sibi eli-  
gere Confessarium approbatum ab Or-  
dinario ad obtinendam absolutionem  
à casibus Sedi Apostolicæ reservatis.

S. Sic est; insuper Confessarius pōtest  
vota Pœnitentium (aliquibus excep-  
tis) in alia operā commutare.

U. Estnè necessarium ut observetur je-  
junium etiam ab Adolescentibus qui  
aliàs non subjacent ad illud servan-  
dum præcepto Ecclesiæ?

S. Etiam hi sunt obstricti ad jejunan-  
dum juxtà morem Patriæ.

U. Quid autem sentis circà Orationē?

S. Sentio expedire ut sit longa, quam-



vis quacunq; etiam brevis ( juxtà intentionem tamen Papæ ) sufficiat.

**U.** Non sufficit mentalis ?

**S.** Est cōtroversia inter DD. an sufficiat puto ego cōsideranda esse verba Bullæ.

**U.** Si in Bulla non exprimeretur Eleemosynam debere dari juxtà cujusque facultatem, sufficeretne etiam quantitas modica ?

**S.** Sufficeret : imò casu quo famulus Eleemosynam sibi à Domino traditam ad dispensandum pro se teneret, existimo ( *quidquid dicant alij* ) non amittere fructum Jubilæi à Domino.

**U.** Etiamnè Religiosi sunt obligati ad dandam Eleemosynam.. ?

**S.** Etiam : quodsi essent adeò pauperes ut illam elargiri non possent, poterit peti commutatio in aliud opus pium.

**U.** Estnè autem necessarium ut omnia opera simul impleantur in una vel altera Hebdomada ?

**S.** Probabile est fieri posse, ut ex rationabili causa una pars illorum exhibea-

tur

tur in una Heddomada v. g. *jejunium oratio &c.* & alia pars in altera, scilicet *Confessio Coen. &c.* quoad hæc eni-  
piè videtur interpretanda mens Papæ.  
U. Potest nè hoc fieri etiam ex sola pœ-  
nitentis voluntate?

S. Potest. Sic declaratum esse à *Sacra-  
Feniten. Rom.* referunt aliqui, qui eti-  
am asserunt, quòd si quispiam die Sab-  
bati ante Dominicam in qua incipit  
prima Hebdomada pro lucrando Ju-  
bilæo designata, confessus sit inten-  
tione lucrandi illud, satisfaciat, eò  
quòd sic videatur esse observatum in  
praxi Ecclesiæ rationabiliter propter  
multitudinem confitentium.

U. Quid si aliquis tempore Jubilæi ha-  
buisset ignorantia ipsi<sup>9</sup> invincibilem?

S. Poterit ipsum lucrari intrà duas  
Hebdomadas à die notitiæ illi<sup>9</sup>; adver-  
to etiam, quòd is, qui neglexit lu-  
crari Jubilæum in Patria, possit alibi,  
dum ibi durat, illud lucrari.

U. Suppono quòd si promulgatio Ju-  
bi-

bilæi fiat in Quadragesima vel 4. temporibus, quibus alias tenemur ex precepto jejunare, satisfaciat aliquis per illud idem jejunium.

**S.** Satisfacit: & cum parum pro nihilo reputetur dici potest etiam illum consequi Jubilæum, qui levem partem operis injuncti prætermisit.

**U.** Si in Bulla Privilegij communis generaliter tantum concedatur facultas absolvendi à casibus reservatis comprehenduntur in ipsa etiam Casus Bullæ Cænæ Domini?

**S.** Nequaquam: horum enim specialis requiritur expressio.

**U.** Dices utiq; quòd, si quis habeat casus reservatos & confitens Confessario à se electo virtute Jubilæi oblitus sit alicujus reservati, censeatur absolutus ab illo, ita ut postea dum illi recordatur, absolvi possit à quolibet Confessario etiam extrà tempus Jubilæi, licet tale peccatum habuerit annexam Censuram.

S. Di.

S. Dico, & responsa mea alibi data in mentem revoco.

U. Cū Confessarius in Jubilæo habeat Privilegium commutandi vota, quæro, an sit necesse, ut commutetur votum in bonum æquale?

S. Commutari potest etiam in minus juxta prudentis viri arbitrium, observo etiam quòd si Pœnitens tempore Jubilæi habuit intentionem illud lucrandi, & petijt commutationem alicujus voti, eamq; obtinuit, si postea Jubilæum non lucretur, non propterea reviviscat illud votum; *item* si oblitus sit petere commutationem, & lucratus est Jubilæum, eo transactò poterit postea adhuc virtute Privilegij obtinere commutationem; An autem Privilegium commutandi vota extendatur etiam ad vota Jurata? Multi affirmant, quia etsi votum & Juramentum sint diversa vincula, in ordine tamen ad DEUM cui fiunt, pro eodem moraliter reputantur.

X4

U. Qui

*V.* Quidam Pœnitens ultima Domini  
câ Jubilæi, peractâ Confessione expo-  
fuit Confessario cum magna dispo-  
centia & anxietate se inadvertentem  
aliquid potûs sumpsisse, adeoq; Sacra-  
Communions incapacem esse, &  
consequenter Jubilæum pro hac vice  
lucrari non posse, cui respondit Con-  
fessarius, nè sic existimet, verum opu-  
pium quod sibi assignabit loco Sacra-  
Communions perficiat, tali modo  
adhuc per misericordiam DEI Jubilæ-  
um lucraturus; quid tibi videtur circa  
hoc responsum?

*S.* Optimè respondit Confessarius il-  
le, quam responsionem legi apud *Lug.*  
*de Penit. Diss. 20. Sect. 8. n. 139. Lavari-*  
*um de Jubil. p. 1. cap. 21. num. 53. &*  
alios.

*V.* Pro certò teneo te accuratè legisse  
ac observâsse instructionem Parochor-  
rum & aliorum Confessariorum pro  
casibus, quorum absolutio vel dispensa-  
tio spectat ad Sacram Pœnitentia-  
riam,

riam, seu ad Sedem Apostolicam.  
S. Observavi, nec ignoro modum quo  
casus sit proponendus.

V. Exprime quomodo?

S. Eminentissime & Reverendiss. DD.

N. Sacerdos contraxit Irregularitatem  
ex homicidio occulto ab eo ob talē vel  
talem causam clam tali modō patrato,  
vel procuratō in Persona hominis Lai-  
ci. Ab eo tempore non abstinuit ab ex-  
ercitio Ordinum, vitandi Scandalū  
causā, vel nē se proderet; sive abstinu-  
it, sed cū diu absq; Scandalo absti-  
nere non possit, humillimē supplicat  
pro remedio &c. *vel.*

N. Contraxit Matrimonium cum Mu-  
liere, cujus Matrem antea carnaliter  
cognoverat, conscius vel nescius im-  
pedimenti (quod occultum est.) Qua-  
re cum absque Scandalo separari non  
possint, humillimē supplicat pro re-  
medio &c. *vel.*

N. Mulier emisit votum Castitatis per-  
petuæ, sed cū adsit vel futurum esse  
præ-

X §

præ-

prævideat periculum incontinenti  
humillimè supplicat pro dispensatio-  
ne ad effectum nubendi &c.

Obseruo etiam in litteris Romanæ  
ad *Eminentiss. Maj. Penitent.* missis sig-  
nificari debere, quomodo & quâ  
responsum sit mittendum: quare li-  
teræ poterunt terminari in hunc  
similem modum: *Dignetur Eminenti-  
vestra rescribere NN. in Civitate tali  
vel Oppido N. &c.*

### QUÆSTIO XXXI.

*De Absolutione Sacramentali à reser-  
vatis in periculo vel Articulo  
mortis.*

*Vicar.* **Q**uæro an concessio pro Peni-  
tente absolvendo à re-  
servatis, extendatur non solum ad ar-  
ticulum, sed etiam ad periculum mortis.  
S. Extenditur ad utrumq; siquidem ju-  
ra, quæ reservant absolutionem modo  
excludunt aut excipiunt articulum,  
modò periculum mortis.

*V. Igi-*